Sunt qui dicant optimam rempublicam ex omni genere gubernationum admiſtam eſſe debere, atque ob id Lacedæmoniorum laudant rempublicam: conſtare quidem illam ex paucorum potentia, item ex vno principe & populari ſtatu affirmant, ponentes regem illorum pro vnius gubernatione, ſenatũ verò pro paucorum potentia: ephoros autem pro ſtatu populari, quoniam ephori ipſi ex plebe ſumuntur, alij ephoratum quidem tyrannidem putant, ſed populariter regi per comeſſationes, & alium quotidianum victum. Sed in his legibus dictum eſt, optimam rempublicam ex populari ſtatu conſtare debere, ac ex tyrannide: quas aut non reponat quis omnino inter ſpecies rerum publicarum: aut deterrimas omnium eſſe fateatur. Melius ergo dicunt qui plures commiſcent: nam quæ ex pluribus conſtat reſpublica, melior eſt. Deinde nihil videtur habere ex vnius gubernatione, ſed ex paucorum potentia ac populari ſtatu, verum ad paucorum potentiam inclinare magis, quod patet ex magiſtratuum creatione. nam quod ex delectis ſortitio fiat, commune eſt vtriſque. Sed quòd neceſſe ſit ditiores concionem habere, & magiſtratus creare: vel aliud quidpiam huiuſmodi publicorum negotiorum facere, alios verò præteriti, id paucorum potentiæ eſt. Inſuper conari, vt plures ex diuitibus ad dignitates ſumantur, & ad maximas quidem ex maximo cenſu, paucorum potentia eſt, & ſenatus delectio. Deliguntur enim cuncti ex neceſſitate, ſed ex primo cenſu: poſtea totidem ex ſecundo, poſtea ex tertio, verum non omnes neceſſe erat ex tertio vel quarto aſſumi, ex quarto autem quartorum ſolis neceſſe eſt primis & ſecundis, poſtea ex his æqualem ex ſingulis cenſibus numerum eſſe ſumendum inquit, erunt itaque plures & potentiores, qui ex maximo cenſu ſumuntur, quia neceſſe non eſt. Quòd igitur non gubernatione plebis, ac vnius principatu conſtabit huiuſmodi reſpublica, ex his patet: patebit etiam poſtea, cùm de ea ſpecie reipublicæ tractabimus. Habet etiam circa magiſtratuum creationẽ, quòd ex delectis deligantur, periculoſum quippiam. Nam ſi aliqui conſpirare velint etiam mediocri numero, ſemper ſecundum horum voluntatem fiet aſſumptio.

A ἔνιοι μὲν οὖν λέγουσιν, ὡς δεῖ τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐξ ἁπασῶν εἶναι τῶν πολιτειῶν μεμιγμένην· διὸ καὶ τὴν τῶν Λακεδαιμονίων ἐπαινοῦσιν· εἶναι γὰρ αὐτὴν, οἱ μὲν ἐξ ὀλιγαρχίας, καὶ μοναρχίας, καὶ δημοκρατίας φασὶ, λέγοντες τὴν μὲν βασιλείαν, μοναρχίαν· τὴν δὲ τῶν γερόντων ἀρχὴν, ὀλιγαρχίαν· δημοκρατεῖσθαι δὲ κατὰ τὴν τῶν ἐφόρων ἀρχὴν, B διὰ τὸ ἐκ τοῦ δήμου εἶναι τοὺς ἐφόρους· οἱ δὲ τὴν μὲν ἐφορείαν εἶναι τυραννίδα, δημοκρατεῖσθαι δὲ κατά τε τὰ συσσίτια, καὶ τὸν ἄλλον βίον τὸν καθ' ἡμέραν. ἐν δὲ τοῖς νόμοις εἴρηται τούτοις, ὡς δέον συγκεῖσθαι τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐκ δημοκρατίας καὶ τυραννίδος, ἃς ἢ τὸ παράπαν οὐκ ἄν τις θείη πολιτείας, ἢ χειρίστας πασῶν. βέλτιον οὖν λέγουσιν οἱ πλείους μιγνύντες· ἡ γὰρ ἐκ πλειόνων C συγκειμένη πολιτεία, βελτίων· ἔπειτ' οὐδ' ἔχουσα φαίνεται μοναρχικὸν οὐδὲν, ἀλλ' ὀλιγαρχικὰ, καὶ δημοκρατικά· μᾶλλον δ' ἐγκλίνειν βούλεται πρὸς τὴν ὀλιγαρχίαν. δῆλον δ' ἐκ τῆς τῶν ἀρχόντων καταστάσεως· τὸ μὲν γὰρ ἐξ αἱρετῶν κληρωτοὺς, κοινὸν ἀμφοῖν· τὸ δὲ, τοῖς μὲν εὐπορωτέ- D ροις ἐπάναγκες ἐκκλησιάζειν εἶναι, καὶ φέρειν ἄρχοντας, ἤ τι ποιεῖν ἄλλο τῶν πολιτικῶν, τοὺς δ' ἀφεῖσθαι, τοῦτο δ' ὀλιγαρχικόν· καὶ τὸ πειρᾶσθαι πλείους ἐκ τῶν εὐπόρων εἶναι τοὺς ἄρχοντας, καὶ τὰς μεγίστας ἐκ τῶν μεγίστων τιμημάτων. ὀλιγαρχικὴν δὲ ποιεῖ καὶ τὴν τῆς βουλῆς αἵρεσιν. αἱροῦνται μὲν γὰρ πάντες ἐπάναγκες, ἀλλ' ἐκ τοῦ πρώτου τι- E μήματος· εἶτα πάλιν ἴσους ἐκ τοῦ δευτέρου, εἶτ' ἐκ τῶν τρίτων, πλὴν οὐ πᾶσιν ἐπάναγκες ἦν τοῖς ἐκ τῶν τρίτων, ἢ τετάρτων· ἐκ δὲ τοῦ τετάρτου, τῶν τετάρτων μόνοις ἐπάναγκες τοῖς πρώτοις, καὶ τοῖς δευτέροις. εἶτ' ἐκ τούτων ἴσον ἀφ' ἑκάστου τιμήματος ἀποδεῖξαί φησι δεῖν ἀριθμόν. ἔσονται δὴ πλείους οἱ ἐκ τῶν μεγίστων τιμημάτων, καὶ βελτίους, F [διὰ τὸ ἐνίους μὴ αἱρεῖσθαι τῶν δημοτικῶν,] διὰ τὸ μὴ ἐπάναγκες. ὡς μὲν οὖν οὐκ ἐκ δημοκρατίας καὶ μοναρχίας δεῖ συνιστάναι τὴν τοιαύτην πολιτείαν, ἐκ τούτων φανερὸν, καὶ τῶν ὕστερον ῥηθησομένων, ὅταν ἐπιβάλλῃ περὶ τῆς τοιαύτης πολιτείας ἡ σκέψις. ἔχει δὲ καὶ περὶ τὴν αἵρεσιν τῶν ἀρχόντων τὸ ἐξ αἱρετοῖς, ἐπικίνδυνον. εἰ γάρ τινες συστῆναι θέλουσι καὶ μέτριοι τὸ πλῆθος, ἀεὶ κατὰ τὴν τούτων αἱρεθήσονται βούλησιν. τῶ